Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Metaphysica - Cod. Ettenheim-Münster 300

[S.l.], 1744

[Textanfang]

urn:nbn:de:bsz:31-130965

Visual Library

Metaphysica
seu
Prima philosophia.

Praemisso organo disciplinarum, quo singulae circa materiam sibi subiectam uti solent, ea nos disciplinam aggredi par est, quae inter caeteras facile principatum tenet, [illegible] usu ostendamus. Haec enim est philosophia, scientia generalis, atque physicae generatim considerata proxima, utpote quae omnes humanae mentis notiones ac principia investigat, quaeque proinde caeterarum quodammodo particulas omnes in se complectitur: iis propria subpeditat, et quae singulis propria sunt effata seu axiomata, unde suas petunt demonstrationes expendit. Deinde tanta est illius tamque arcta cum logica connexio, ut una pars logicae eadem ac prima metaphysicae pars esse videatur; utraque enim circa mentis ideas imaginesve rerum notiones aut perceptiones est occupata. Quare ob eam quoque rationem logicae subiungenda videtur, ut quae rem inter se conveniant, ordine pariter et tractandi methodo consocientur.

Quod generatim Metaphysicae nomen attinet, per illud

G. H. HOFBIBLIOTHEK KARLSRUHE

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

physici ea physica parte intelligat, quod ens sensu possibile; id
ex metaphysicam vocata spectat; id est supra sensum ratione
constitutum, seu ens spirituale, et à materiae Commercio solutum
spectat.
Ens porrò duplici ratione à materia secretum et abstractum est, sci=
=licet vel reâ sua conditione cuius modi sunt substantiae spirituales,
ut Deus, Angelus, Anima hominis; vel per mentis ipsius prae=
cisionem seu abstractionem: ut cum generatim, sive ut libet
quibusdam sensibus concipiuntur.
Utroque modo ens contemplatur metaphysica, unde etiam
distinguuntur illius partes; una Ontologia dicitur, atque
circa ens generatim illiusque affectiones per mentem ab
stractas versatur; altera ~~nun~~ Pneumatologia nuncu
patur, et agit de spiritibus de Deo scilicet humana
mente, item generatim realiter vero potius de Angelis.
2.
Metaphysica igitur definitur scientia speculativa, quae
circa ens generatim illiusque affectiones per mentem ab=
=stractas, speciatim vero circa substantias spirituales, prout